



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Ivdx Magistrtvs Senator**

**Zype, Franciscus van der**

**Antverpiæ, 1633**

§. II. De Legum vinculo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14280**

Qui Rex est, Regem Maxime non habeat. Sic oblatum à Demétrio Iudæis pactum inter cætera summi imperij, vt non obediant alij potestati, nisi summi sacerdotis 1. Machap. c. 10.

## §. I.

## De Principe legibus soluto.

1. **L**egibus soluti fuerunt Principes. *Senatus*, inquit *Dion. l. 63. Casarem, à quo magno honore afficiebatur, Imperatorem decreto liberavit omnibus legum vinculis, vt ea quæ vellet faceret, & ijs quæ nollet abstineret. Augustam legibus solutam non inueneris. l. 31. D. de leg. & si non pauci crediderint, quia Principes illi priuilegia tribuunt, quæ ipsi habent. d. l. 31. ad filios pertinet illud Tac. 2. Anal. latatur, inquit, Tiberius cum inter filios eius, & leges Senatus disceptaret. Vieta est sine dubio lex.*

## §. II.

## De legum vinculo.

1. **Q**uamuis, vt diximus, Princeps legibus solutus sit, tamen aurea est Imp. sententia, *Reuera maius est Imperio submittere legibus Principatum. hoc est, viuere secundum leges. quamuis nemo ad pœnam trahere possit. adeò quidem vt quamuis Principes supremi, non leges tantum positiuas, sed etiam à natura scriptas transfiliant, non habeant criminis vltorem. nec minus rectè ille: Casari cum omnia licent, propter hoc minus licet. sic sancto sensu Princeps legibus solutum se dicit: nam bonis posita lex non est: legibus tamen viuit, quia perfecti non propter legem, sed ob rem ipsam, quod legis est, faciunt. Vnde & illa Anthiochi ad adulatorem, omnia Regibus iusta, æqua, licita, iactitantem responsio; non Regibus sed Tyrannis.*

## §. III.

## De legum-latione.

1. **L**eges ferre, alijs dare, non accipere, tessera est summi Imperij. *Curt. l. 8. quos equidem victores esse confiteor, si ab illis leges, quæ viuamus accipimus. Huc spectat Extrauag. Constit. 78. Leonis, Ne*